

INSTITUTIONES JURIS CANONICI

CUM EXPLICATIONIBUS

IN QUIBUS UNIVERSUM JUS PONTIFICIUM PROPONITUR
ET NOTITIA HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ PASSIM ILLUSTRATUR

*Nec non variis disputationibus, aliqua novitate, ad usum
scolasticum excitatis, discussisque, elucidatur*

O P U S

LAZARI BENEDICTI MIGLIORUCCI

Sacrorum Canonum in Pisana Universitate Professoris Ordinarii

REGIÆ CELSITUDINI

C O S M I III.

MAGNI ETRURIAE DUCIS

D I C A T U M

LIBER I. 294



P I S I S , M D C C X I I .

Ex Typographia Francisci Bindii Impressoris Archiepiscopalis.
S U P E R I O R U M P E R M I S S U .





REGIA CELSITUDO.



UO primū tempore Canonicarum Institu-
tionum opus confidere meditatus sum, ob-
vium Te menti meae præbuisti, Principum
Clementissime; atque jam tūm intellexi de-
beri Tibi quicquid meo labore, meisque vigiliis peperisse;
Non quod ejusmodi aliquid, in hac mea tenuitate, præstare
confiderem, quod Tibi deceret offerre, Tuaque videri posset
Magnitudini consentaneum. Sed quum innumeris cumulatum
meum, inquam domum beneficiis viderem, ab eximia Tua Cle-
men-



INSTITUTIONUM CANONICARUM LIBER PRIMUS. DE JURE CANONICO, ET CAUSA EJUSDEM INTRODUCENDI.

TITULUS I.



UMMUS Legislator Dei Filius Unigenitus datus in lucem gentium , ut reduceret Justitiam usque ad extremum terrarum , prouida quidem dispositione in lege Gratiae iusserat . omnia , vetuerat , permiserat , quae necessaria in primis videbantur ad [a] regimen spiritualis Reipublice , quam suis ipse cruciatibus , & tanta sanguinis effusione fundaverat .

Quia tamen per legem à se latam , non penitus providerat in singulis , sed necessaria in primis (b) fundamenta jecerat ; & ad humanae naturae varietatem , causasque emergentes determinationis opportune [c] suffragium exigitur : reliqua (d) disponenda commisit Apostolis suis , & (e) successoribus , quales sunt Romanus Pontifex , & Episcopi , in eosque [f] transtulit potestatem legislativam , testatus Joan. 20. Apostolos semissile , quemadmodum à Patre ipse missus erat . Hoc autem intercedit discrimen inter Jus summi Legislatoris , ac sanctiones Ecclesiasticas : quod illud Jus Divinum , hec vero Jus (g) Canonicum vocantur , ducto nomine à greco idiomate , in quo sicut ἡρμη regulam significat : ita Jus Canonicum regula fidelium est rectam præscribens normam ; neque enim ut Jus [b] Civile permittit usuras , concubinatum , & alia hujusmodi , quibus ad malum declinat humana fragilitas . Et verò temporu decursu tantum in numeru sanc-

gregationis die 1. Aprilis 1678. emanatam, 'Cle-
vicatum in Decis. Theol. dec. 54. per tot. de Eucha-
ristia.

(p) Si

An Clericus fidejubero possit?

Distinguendum tamen: aut volunt clerici fide-
72 jubere in iudicialibus; & nullo modo possunt;
aut in conventionibus, & fidejubere possunt Maur.
de fideiust. p. 4. scil. 8. c. 12. Dian. p. 11. tr. 4.
vcl. 31. per tot. & aido quod si non fuerit op-
positum. semper valer hoc fideiustio; itemque si
tantum habeant ex suo Patrimonio, ut solvere.
possint Francus de Fideiust. cap. 1. n. 234. ¶ 235.

(q) Innocentius VIII.

An Clericis Legibus studere licet?

Bulla hæc est apud Lal. Mancin. dissent. 27. c.
un. pag. 454. Ejusque exemplum in Archivio Flo-
rentino. reperiatur; nunc tamen pauca quedam
eius verba transcribam; quæ summam continent
privilegii. **Omnibus. & singulis Presbyteris, Ar-
chidiaconis, Arebis presbyteris, Decanis, Plebanis,
Propositis, Cantoribus, aut aliis personis Ecclesiæ-
sticis Dignitatibus, se Personatus obtinentibus, &
in dicta Universitate ubique pro tempore stu-
dentibus ut in Scholis publicè legere, audire, ac
quoque attus publicos per Doctores; & Scho-
lares in hismodi facultate exerceri, solitos,
exercere, ac ad Baccalaureatus, seu Licentia,
& Doctoratus gradus in ejusdem legibus promon-
tis liber, & licet valeant.**

